

Joann. 44.

D. Cyrill.

Vvaldens. Palamid. Th. de Jesu Philippus.

Lezana. 160.

S. Bertold.

Bacon. Olerius. Bostius. Poslevin. Daniel. a. Virg. Maria. Brochard. Albertus.

161.

D. Cyrill.

lati, ac Prioris, ergo tale obedientia vobum ab Alberto non acceperunt. Tota hæc regula Alberti desumpta est ex lib. Joann. 44. de institutione Monachorum, tanquam ex primaria, & originaria regula Religionis; nam ipse liber Joannis multo tempore inservivit Carmelitæ pro regula; tunc Albertus distinctiori & clariori methodo ex ipso libro Joannis regulam collegit, ordinavit, ac disposuit, ut tradunt D. Cyrillus Constantinopolitanus lib. de processu ordinis cap. 5. & Doctissimus Thomas Vvaldensis de sacramentalibus tit. 9. cap. 89. Palamidorus lib. 3. cap. 2. Thomas de Jesu de variis regulis Carmelitar. part. 2. dub. 7. Philippus in speculo Ordinis lib. 8. cap. 4. & ita omnes nostri Auctores. Et sic scribitur in titulo regulæ apud antiquissima exemplaria, quæ servantur in Transpontina, & habetur Regula Alberti extracta ex Joanne 44. & dicitur etiam extracta sic ex D. Basilio, non quod simpliciter deducta sit ex D. Basilio regula, sed quia regulæ Basilio valde conformis est, & cohæret cum doctrina Joannis maxime censetur approbata à D. Basilio, ut ex multis probat Lezana tom. 4. Annal. ad annum 1205. n. 15.

Motivum autem, quod Albertus habuit ad hanc regulam faciendam, exitit, quia cum nostra Sacra Religio transfret de Syria in Europam, Sanchez Bertoldus primus Generalis ex Latinis ordinavit, ut Sanctus Brocardus vir doctissima, & sanctitate vitæ insignis scriberet Canonem, seu regulam, cum aliquibus constitutionibus ad reducendam, & componendam suam Religionem ad mores Ecclesiæ Latinæ, ut testantur Joannes Bachonius, Bernardus Olerius citati in Brevisloquio Bostius part. 1. cap. 3. num. 86. Poslevin. in apparatu S. Brocardi, & M. Fr. Daniel à Virg. Maria, Vineæ Carmeli, n. 714. & 770. Tunc Beatus Brocardus, regulam, seu Canonem sibi commendatum composuit, & pro sua humilitate tradidit B. Alberto Patriarchæ Hierosolymitano, ut eum corrigeret, ac emendaret; & sua auctoritate, quam tunc habebant Patriarchæ, traderet ad observandum, quod tunc fecit Albertus, tradens eum ipso Brocardo Priori Carmeli, anno 1205. vel ut alii volunt anno 1209.

Ante Albertum Aymericus Patriarcha Antiochenus, ac legatus sedis Apostolicæ, anno 1141. juxta verum computum. Prædictus Aymericus cum videret, quod Carmelitæ, in monte Carmelo & Syria viverent cum magna obedientia, ac religiose vitæ rigore, & aliqui supervenirent ex partibus occidentalibus, qui non ita rigorose vivebant, & quia non omnes intelligebant litteras Græcas, in quibus liber Joannis erat scriptus, ideo Aymericus ipsorum rogatu prædictum librum transtulit de Græco in Latinum; ac ex ipso Joanne desumpsit regulam, cum voto obedientiæ, & collegit omnes tam ex oriente, quam occidente in unum, quæ omnia scribit, & narrat D. Cyrillus Constantinopolitanus lib. de Processu Ordinis cap. 4. & ait: Erat autem in diebus illis, Patriarcha Antiochenus in terra sancta Apostolice sedis legatus, vir quidam amabilis Deo, & hominibus, nomine Aymericus Malafai de na-

tione Lemovicensis de villa appellata Salamiacum, qui prædictorum antecessorum Eremitarum fratrum B. Maria de Monte Carmelo laudabilem conversationem attendens, eos multum specialiter suo tempore in Domino nutriti. Nota modo de quibus loquitur, Intelligens autem quosdam eorum, qui ab occidente supervenerant spiritus seniorum monitis non recte ambulare ad veritatem religiose vitæ eremiticæ, in prædicto Joannis libro descriptæ, & perpendens hoc maxime ideo contingere, quia Græcas litteras ignorantes nesciebant codicem illum legere, fecit librum illum de Græco in Latinum transferri. Et ut illorum improborum coerceretur audacia, tuncque inter eos esset seniorum Eremitarum hujus montis innocentia ipsos omnes per obedientia vinculum colligavit. Statuit enim, quod ex ipsis unus, qui diceretur Prior deinceps, eis ita præficeret, ut quilibet aliorum obedientiam ei devoveret, sub cura ejus, & regimine omnes viverent quem Abba, lingua Syra, & Pavem, latine appellabant, qui etiam tanquam Patri secundum institutionem obediebant, & nunquam ad obediendum alicui se voto speciali prius obligaverant, donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primo ad hoc adstrinxit. Inter quos ipse habuit scilicet fratrem suum Bertholdum, quem de unanimi omnium assensu anno Domini M C C X X. in Priorem eis instituit ita communiter Joannes Baconius, Joannes de Malinis, Joannes de Cimero, Joannes de Vineæ, Joannes Crossus, & ex ceteris Sabellius, Polydorus Conradus, Gesnerius, Sylvester, Marulus, Cisterciensis, quos citant, ac sequuntur Thomas à Jesu de variis regulis Carmelitarum cap. 6. Petrus Sarracenus in Monologio in vita sancti Bertholdi.

Ex quibus bene perpensis rejicitur id, quod quidam adversarius nobis opponit, quod ante Aymericum non habuimus votum obedientiæ, quia ait D. Cyrillus citatus, nunquam ad obediendum alicui se voto speciali prius obligaverant. Considerat bonus Auctor cum sapientissimo Joanne de Carthagena tom. 3. lib. 17. homil. 2. quia ibi non est sermo de omnibus Carmelitæ, qui erant in Palestina, sed tantum de illis, qui ex occidente venerant, ut ibi dicitur. Intelligens autem quosdam eorum, qui ex occidente super venerant, spiritus seniorum monitis non recte ambulare, ad veritatem religiose vitæ eremiticæ. Et causam assignat, quia non intelligebant librum Joannis, cum esset Græco idiomate scriptum, & ideo in Latinum venit, ex quo manifestum sit, quod non loquitur de his, qui erant ex Syria, & Palestina; nam hi bene sciebant litteras Græcas, sed de illis tantum, qui erant ex occidente; & ideo post pauca subdit loquens de illis, qui venerant ex occidente. Ut illorum improborum coerceretur audacia, tuncque inter eos esset seniorum eremitarum hujus montis innocentia, ipsos omnes per obedientia vinculum colligit. Omnes qui erant in Syria, atque eos, qui venerant ex occidente, in unam disciplinam collegit, ut semper tuta esset seniorum eremitarum hujus montis innocentia, & ne ex illis, qui venerant ex occidente corrumpere-

Baconius. Malinis. Cimero. Crossus. Sabellius. Polydor. Conradus. Gesnerius. Sylvest. Marulus. Th. à Jesu. Sarraceni. 162.

Carthageni

Sed

164.

Arnold.

Vinea Carmeli.

165.

166.

Joann. 44.

D. Cyrill.

Sed demus adhuc, quod de omnibus intelligatur, quos omnes per obedientia vinculum collegit. Sciendum, quod tempore antiquissimo D. Antonii, Hilarionis, ut colligitur ex Arnolde Bostio in speculo historiali, lib. 6. c. 8. & seqq. quod etiam variis conventus erigerentur ejusdem Ordinis, in unoquoque conventu erat unus superior independens à quocumque alio superiori, ita ut non daretur unum caput sub cuius obedientia essent omnes illi conventus, sed in quolibet erat unus superior independens à quocumque alio, qui dicebantur Syriacè Abba id est, Pater. Et qui faciebant professionem in tali conventu, illius superiori promittebant obedientiam, suo superiori indeterminatè, prout in tali, & tali conventu essent, & qui promittebant obedientiam Episcopo intelligebatur prout in ejus Dicecesi morabantur. & inde si transirent ad aliam Dicecesim, illius Episcopo servabant obedientiam. Imò M. Fr. Daniel à Virg. Maria, Vineæ Carmeli n. 25. fol. 19. testatur & ait: Nunc videmus in Religionibus Brigitanis in Belgio, & diocesi Leodiensi, cum enim non habeant aliquem superiorem Generalem, obedientiam promittunt Deo, & Episcopo loci, quoadvis scilicet ubi ejus Diocesi morantur: dum enim ad aliam migrant, illius tunc, & non Prioris subeunt imperio. Et modo Sanctus Philippus Nerei fundavit suam illustrissimam Congregationem Oratorii, ita ut superior unius conventus, cui obedientiam promittunt, sit independens à quocumque alio conventu, ac à quocumque alio superiori, cum illa Religio non habeat unum supremum caput, nec Provinciale, nec Generalem, ut mihi certum fecerunt Clerici reformati in hac Civitate, ejus regulam observantes, & patet ex ejus Constitutionibus cap. 4. ad finem.

Sic & Carmelitæ antiquitus promittebant obedientiam Deo, ac Superiori conventus, in quo morabantur, independenter à quocumque alio Prælatu. Tunc Aymericus Patriarcha ut legatus Sedis Apostolicæ, statuit, ut omnia cœnobîa Carmeliticæ Ordinis essent sub obedientia unius capituli, qui diceretur Prior Generalis, cui omnes promitterent obedientiam, & hoc maxime indicant proprietates verbi colligavit: cum dicitur per obedientia vinculum colligavit; & ita instituit fratrem suum Bertoldum, primum Priorem Generalem ex Latinis.

Ante Aymericum Carmelitæ habuerunt pro regula librum Joannis 44. de Institutione Monachorum, qui liber licet historicus sit de ortu Religionis usque ad sua tempora, tamen in eo rectè describitur forma, & modus vitæ Religiose, in summa oratione, ac contemplatione erga Deum, abnegatis omnibus secularibus cum voto obedientiæ paupertatis, ac castitatis, ut patet ex ipso libro c. 16. de quo libro Joannis agens D. Cyril. Constantinopolitanus lib. de Processu Ordinis, c. 1. ait: Quem librum scripsit ipse Joannes Caprusio de institutione nostra Religionis eloquio, & litteris Græcis quibus tunc terra sancta Ecclesia utebatur. In quo libro primariam nostræ Religionis institutionem, & fundatorum ejusdem dignitatem, ac Professorum Professorum gesta sancta, & gloriosas virtutes, exteriorumque habitus ornatum, prædictus Joannes propterea brevi, & lucido eloquio ordinavit Sylveira Opuscula.

nacè descripsit, ut successores dictorum Patrum in illo libro tanquam in nitido speculo institutionem suam intuentes, eam observare propensius conarentur, & sanctam vitam, ac virtuosos mores dictorum Patrum ex totis præcordiis imitarentur; quem librum ipse Joannes sodalibus suis Religionis Eremitis montis Carmeli legendum & observandum tradidit tempore Honorii Imperatoris anno Domini 412. Ita D. Cyrillus. Perpende ultima verba Sancti Doctoris, Legendum, & observandum tradidit. Non solum ut librum ad legendum, sed etiam ut regulam ad observandum; & ita superius ait Sanctus Pater. Ut successores dictorum Patrum, illo libro tanquam in nitido speculo institutionem suam intuentes, eam observare propensius conarentur. Ut ad facta majorum in illo libro tanquam in speculo expulso, repræsentata se componerent, illa sequendo, & imitando vividè observantes.

Ante Joannem 44. habuerunt Carmelitæ tanquam regulam, modum vivendi ab Apostolis institutum, ad implentes præcepta Evangelica, cum voto obedientiæ, paupertatis, ac castitatis, ut notat Trithemius de laudibus Carmeli cap. 4. & ait: Post passionem Domini multiplicata per fideam fide Christiana, hi qui in monte Carmelo, vitam imitatione Eliæ, ducebant Eremiticam, secundum Evangelium Christi vivere ceperunt. Et aliquantulum post subdit: Hac est vita Apostolica quam fratres Carmelitæ in primitiva Ecclesia studiosissime observabant regulam, super his Evangelium in coramibus suis habentes conscriptum. Ita etiam Joannes 44. lib. de Institutione Monachorum. cap. 3. Vvaldensis lib. 4. art. 2. c. 27. Joannes Grossus in suo viridario. Joannes Ciminetus in libro dicto speculum Ordinis; & Sapientissimus Mag. Fr. Franciscus Bonæ Spei de Concept. disput. 3. præsumpt. i. num. 72. & 73.

Probat, quia Carmelitæ fuerunt coexistentes cum Apostolis, ut habemus ex Sacra Congregatione Illustrissimorum Cardinalium, ut sæpe dictum est fueruntque perfecti milites coadjutores Apostolorum, ut dictum est ex Josepho Antiocheno, & aliis antiquissimis Auctoribus, ut dixi superiori Resolutione, ergo vitæ modum sacrorum Apostolorum, tanquam adherentes Apostolis, ac eorum Coadjutores habuerunt. Et confirmatur, quia antiquissimi Monachi, ut Dionysius, D. Antonius, ac ejus Magister Monachus, qui floruerunt paulo post annum 200. de quibus facit mentionem Bellarm. lib. 1. de Monach. Bellarm. c. 5. nullum alium vivendi modum in eis scimus, nisi Apostolicum, ac ad imitationem Apostolorum, & ita dicitur de D. Augustino, D. August. Constituit Monasterium Monachorum, & cepit vivere secundum regulam sub Sanctis Apostolis constitutam. Ergo idem dicendum est de Carmelitæ, cum fuissent coexistentes cum Apostolis. Joannes Hierosolym. 44. de Instit. Monach. c. 31. de Carmelitæ, loquens ait: Denique eorum multi ea quæ ab Apostolis hauserant, ceteris effundentes, fidem Christi per Phœniciam, & Palestinam predicabant, dilatantes dogma fidei, & moribus vitæ Monastica conversationem Ecclesiæ Dei insignissimam demonstrantes.

Ante prædicationem Evangelicam habuerunt Carmelitæ pro regula, vitæ, operæ, & factæ Eliæ;

167. Trithem. Vvaldens. Grossus. Ciminetus. Franc. Bonæ Spei.

168. S. Coage.

Josephus.

Bellarm.

D. August.

Joann. 44.

169.

Eliæ;



Trithem.

Elia ut explicat citatus Joannes 44. lib. de In-

170.

Guevara.

Imò quod Elias regulam conscriptam suis

171.

Ma th. 17. Arabicus.

Quod maxime confirmari potest, quia Elias

172.

2. Par. 21.

Lyranus. Tiritinus. Malveda. Cornel. Mariana. Menoch. Sallian. Origenes. 1. Cor. 19.

Malveda.

Fuit etiam insignis Scriptor, ac illustrissimus

Prædicatorum familia lib. 10. de Antichristo. cap. 2. in excursu de Elia ex multis Rabbini-

173.

Ex quo colliges, quod nostra sacra Religio

174.

Crede mihi Amice Lector quod hæc dixi

De Magno Elia.

Vide etiam Opusculum secundum, Resol. 33. per

De Tertiis Carmelitanis.

Vide Opusculum 2. Resol. 38. per sex ques-



OPUSCULUM IV.

IMMACULATA CONCEPTIO SANCTISSIMÆ, AC PURISSIMÆ VIRGINIS Mariæ, absque ulla labe peccati Originalis. In quo Sacro Mysterio ostenditur abundantissime resplendere omnia, quæ ad fidei definitionem requiruntur.

Ad revelationem factam B. Brigittæ, quæ habetur libro sexto ejus revelationum capite quinquagesimo quinto.



UÆ servæ Brigittæ, sic loquitur Dei Mater. Quando pater meus, & mater mea matrimonialiter conven-

obsequium applicentur, & maxime ad magnum mysterium tuæ purissimæ Conceptionis celebrandum, de quo jam multa variis in locis videnda dixi tom. 1. in Evangelia, lib. 1. cap. 3. q. 1. & 2. per eorum.

QUESTIO PRIMA.

Hæc revelatio est magnæ auctoritatis, & maxime veneranda.

Pura, & Immaculata Conceptio Sanctissimæ Virginis Mariæ multoties fuit revelata B. Brigittæ, ut constat ex præsentii revelatione, & ex alia, quæ refertur lib. 1. illius revelationum.

Contra hæc opponit Caieran. tom. 2. Opusculi tract. 3. c. 5. affirmans, quod licet revelatum sit B. Brigittæ Mariam originale peccatum non contraxisse, tamen contrarium fuisse re-

Ecclesi. 1.

Ait Sapiens Ecclesiast. 1. n. 7. Unde exeunt flumina revertuntur. Exiguus fons nostrorum laborum per novem Tomos dispersus o Sanctissima Virgo sub tuo patrocinio, tutela ac invocatione exiit in lucem, maxime exordium sumens à tua purissima, ac immaculata Conceptione in nostro primo Tomo; ad tantum ergo mysterium revertamur; inde dicam cum tuo devotissimo Idiota libro 5. O utinam Beatissima Virgo, calamus meus circa te semper in circulo veretur, ut à te incipiat de te transcribat, & in te terminetur, ac finiat. E. faciat Deus, ut nec mea mens, nec ratio aliud cogitet, nisi te, nec calamus aliud scribat, nisi de te, nec manus aliud intendat, nisi circa te, omnèque vires meæ ad tuum Sylveira Opuscula.